

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discordia n
cum fonte primo

Peruerse mentes si semel ad studium contrarietatis eruperint,
siue prauum siue rectum quid a contradicentibus audiant,
aduersis hoc responsionibus impugnant
quia cum persona per contrarietatem displicet,
nec recta que protulerit placent.
At contra bonorum corda quibus in odium non uenit persona sed culpa,
sic peruersa diiudicant ut recta que dicuntur assumant.

Et sic male prolata respuunt
ut tamen approbent que ex ueritate cognoscunt.

Gregorius libro IX. moralium in principio.

Peruersae mentes si semel ad studium contrarietatis eruperint,
siue prauum, seu rectum quid a contradicentibus audiant,
aduersis hoc responsionibus impugnant
quia cum persona per contrarietatem displicet,
nec recta quae protulerit placent.
At contra bonorum corda quibus in odium non uenit persona, sed culpa,
sic peruersa diiudicant ut recta quae dicuntur assumant.
Discernendis quippe contradicentium sensibus aequissimi arbitri resident
et sic male prolata respuunt,
ut tamen approbent quae ex ueritate cognoscunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9.1 (CCSL 143, M. Adriaen ed.,
p.456, ll.1-9).